



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De locatione operarum vbi augetur labor & de locatione rei viliosæ, de
locante cameram in nauis, vel domo ad custodiam rerum, si inde aliquid
pereat. Cap. LII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

timere domū sic conductam, & sic in consciētia vide-
tur esse seruandum: licet in foro contētiōso aliter fieret,
quia hoc innititur equitati, maxime quando locator par-
tam aut nullum, inde reportat damū, vt mihi videtur.

*De locatione operarum vbi augetur labor & de locacione rei
vniōse, de locante cameram in nauī, vel domo ad custodiam
rum, si ināe aliquid pereat.*

C A P. LIII.

A dhuc licet abunde circa hanc materiam dixerimus:
Anon tamen officio nostro faciemus satis: si multa,
quae perstant dubia scitu necessaria hic tacuerimus, ideo
adhuc quaeritur an si locator operum conuenit cū con-
ductore, quod certo pretio inseruiet familiā vel mona-
strio, puta in officio Barbitonforis, aut medici, si augea-
tur numero familia, aut conuentus, an pro eodem pretio
teneatur eis inseruire.

Ad hanc quaestionem haec communiter veniunt di-
cenda vltra supradicta: primum quod si quis verbi gratia,
locant operas suas patri familias ad coquendum panes,
vel laundum pannos pro tota familia determinata, vt
puta pro .40. personis: aēta familia, vel diminuta augen-
dum, vel diminuendum est pretium.

Si verò numerus erat indeterminatus, vt sunt con-
uentus religiosorum vbi aliquando sunt plures, aliquādo
pauciores: non augebitur, neque diminuetur salarium, li-
cet plures, vel pauciores sint, facit capite quanto de cen-
sibus, & Panormitanus ibi. Si tamen sic locans operas ni-
mis grauetur per iudicis officium sibi prouidebitur, sed
in consciētia non tenebitur prouidere tantae multitudi-
ni. Et ē conuerso nec conuentus tantum soluere: si nota-
biliter numerus religiosorum diminuatur, quia contra-
riorum eadem est disciplina.

Sic etiam hinc colligitur, quod si Petrus conuenit
cum Paulo, vt certo pretio molat pro se, & suis haredibus
in perpetuum, si processu temporis haredes Pauli multi-
plicentur, quasi in infinitum, secundum Hugonē nō te-
neatur Petrus pro eodem pretio admittere ad molendum,
quia non videtur Petrus de hoc cogitasse, quādo se obli-
gauit.

gaur. Et hæc opinio in conscientia est æquior, licet al-
 a Aub. bericus a dicat, locatorem teneri ad hoc de stricto iure
 eu. 19. C. de pro prima tamen nostra opinione facit. l. si quis in vna
 ff. de peri. & co. rei vendita.

¶ Præterea accedit & a hanc materiam quæstio hæc,
 Qd. 1. scilicet colonus conducens fundum ad mediū, nulla facta
 h. l. p. c. r. s. mentione de arboribus an de arboribus aliquid fructus
 ff. de vj. r. habeat? Dicitur ad hoc, quod colonus in hoc casu nihil
 fructus de arboribus habeat, sed locator omnes habeat.
 Et si colonus arbores destruat, tenebitur, pro eis. Similiter
 si alius propter odium aduersus colonum, cuius odij co-
 lonus dedit causam hoc faciat tenebitur etiam.

¶ Sed quid postquam seminatus est ager per colonum,
 c. l. si mer- si vendat eum dominus? Dicitur ad hoc quod tunc colo-
 c. s. §. cul. nus partem suam habeat secundum quod inter eos est
 p. ff. loca- conuentum. Si autem venditor omnes fructus accepisset,
 t. agere poterit colonus contra venditorem. d

¶ Præterea de expensis in re sibi locata, si quas expen-
 d. l. nihil. dit conductor, an locator conductori teneatur, dū qua-
 ff. de leg. 1. ritur sic responderi solet, quod expensas pro pascendis
 Qd. 3. animalibus, vel colendis agris locatis factas à conducto-
 re, locator nullatenus restituere habet. At si conductor
 aliquid expendit necessario expediens, vel vtile in re lo-
 cata: locator tunc ei restituet expensas. e Sed tamen il-
 le potest tollere expensas, sine læsione rei locatæ, tunc tol-
 let si vult, quia tunc locator non tenetur.

¶ Ad hæc quamuis iam fundamētis supra præactis di-
 ctum sit de qua culpa conductor tenetur: sed hic dicimus
 aliquid superaddentes, quod cum etiā de seui culpa con-
 ductor teneatur domino locanti, quia gratia virtutis
 c. l. Domi- contractus locationis iniurus est, iuxta cōmuniorem opi-
 nu. ff. loc. nionem asserentem, non teneri de leuissima, perinde ac
 e. cōduct. locantē operas dicendum est. Si tamen tale opus requi-
 reret diligentissimā curam vt in poliendo pretioso lapide,
 & huiusmodi vt supra meminimus teneretur etiam
 de leuissima. s

¶ Deinde de locatē rem vitiosam dubitari solet, an re-
 neatur conductori de damno? Pro qua quæstione cauendum
 est. Quod si scienter quis rem vitiosam pro bona locat,
 sicut vasa vitiosa pro integris, vnde contingit vitium est
 fundi

f Inst. qui more. cont. oblig. §. vltimo. g l. si merces. §. qui columnā. ff. locati. Qd. 4.

boni ad damnum vini, & interesse locator iste sciens te-
nebitur. ^{h. l. sed ad-} Secundo dico, saltem quoad forum consciē-
tiae, quod si ignorans vitium, simpliciter locavit, dicens ^{des. §. si}
conductori nescire illa esse vitiosa, & sibi displiceret quod ^{quis. ff. de}
essent talia: tunc non teneretur de interesse, & dam-
no, auctore Angelo, verbo, Locatio. §. 24. & Sylvestro
eodem verbo, quæsti. 18. & multo minus, si diceret, igno-
rans loco tibi sicut est, credo esse bonum, tu videris, quia
fecit quod potuit, & dolus cessat. Sed aliquibus placet,
quod si ignoranter locator locavit vitiosa pro bonis, etiā
tunc teneretur de damno. Non enim debebat dare pro bo-
no quod nesciebat bonum esse, licet crederet, quoniam
exposuit proximum periculo. Ideo secundum istos de da-
no secuto tenebitur. Sed ego credo hoc postremum di-
ctū, vel solum habet verum in foro exteriori, ubi in hoc
casu præsumetur intercessisse dolum, aut culpam la-
tam, & non in foro conscientiar: nisi in tali foro depre-
hendatur re vera illam ignorantiam fuisse culpabilem:
quia locator ignoravit vitium rei, dum eam locavit.

¶ Idem iudicium ferendam est de equo locato solito ^{i. l. i. ff. de}
procidere in aquam cum vestium iactura, & de operario ^{caus. §. si ff.}
fideliter non laborante, ob quod conductor notabiliter ^{ad l. k. h. i.}
damnicatur, quia teneretur ad satisfactionem damni, & ^{diam de ra}
de promittente se diario pro alio laboraturum. & dolo, aut ^{tu. & d. l.}
sua culpa non præstitit, unde conductor subsequutum ^{sed addes.}
est damnum, quia teneretur satisfacere. Secus tamen est de ^{§. um qui-}
casu fortuito impedito, de quo supra, & idem dicendum ^{dam.}
est de alijs vitiosis locatis ex quibus damnum sequitur.

¶ Ultra prædicta quia casus est, qui usu evenire solet: ^{Qñ 5.}
rogabit forte aliquis, an locans, verbi gratia, nauta na-
vium & dominus locans domum vel cameram pro custo-
dia rerum, an si posuerint in alia navi, domo, vel camera:
& perierint igne vel aliter, teneantur ad restitutionem?
Huc quæstioni satisfaciētes dicimus primo, quod si in-
tencus talium rerum non successisset si in locis pro tali-
bus rebus reponendis locatis, & conductis remanissent,
teneantur ad restitutionem, quando extra consensum do-
mini sic alibi reposuerunt res. l. item quæritur. ff. cod. titu.
Secundo adjicimus, quod quando locator camera, aut
navis, fecit hoc sine culpa sua, bona fide, non teneretur
restituere,

*h. l. sed ad-
des. §. si
quis. ff. de
caus.
i. l. i. ff. de
caus. §. si ff.
ad l. k. h. i.
diam de ra
tu. & d. l.
sed addes.
§. um qui-
dam.*

restituere, imo neque etiam teneretur de damno: etiam si mala fide fecisset: quando mala fide eas res deponente alibi, ita periissent in loco conducto, sicut & perierunt ibi. ff. ad l. Rhodiam de iact. l. fin. & dicenti fuisse dolam, vel culpam, incumbit probare, ubi quis teneretur de dolo, & lata culpa, sed ubi teneretur de leui, & leuissima incumberet conductori probare quod fuit à casu sicut intelligitur illa dicta lex finalis.

Q. 6.

¶ Sed ultimo restat docendum, ubi conductor, qui teneretur soluere aliquam rem, soluere teneatur? Dicitur ad hoc, quod hæc iuridica resolutio est, quod talis pro re, quæ est eiusdem fori cum domino, tenebitur quærere dominum, si vero non est eiusdem fori, satis est quod sit paratus soluere in domo sua, restitucante Panormitano cap. significante, de pignoribus, sicque interpretandum venit caput propter sterilitatem.

k l. miles.
c. locati. et
l. curialis.

¶ Tandem ut iam materiæ huic summam manum imponamus, aduertito Lector, quod locari potest res omnibus, qui possunt emere: excepto milite, & curiali, quibus prædia ad colendum locari non possunt. ^k At vero clerico, & monacho, nisi necessitatis causa locari prædia non possunt, cap. ne clerici, vel mona. & cap. 2. ubi hæc notatur à Bartolo, & Holticnsi, sed de hac materia prolaxiatis sit dictum.

¶ De obligatione restituendi, quæ ex contractu pignoris, exurgit, & de pactis licitis, vel prohibitis in impignoratione, & quid de expensis ibi factis, & an pignoratarius fructus, quos non collegit, teneatur restituere.

CAP. LIII.

Cum de radiibus restitutionis, quæ ex contractibus solent procedere, cœpimus edisserere, reliquum est dicamus de obligatione restitutionis, quæ ex contractu pignorationis exurgit, pro cuius materiæ præambula cognitione, differentia statuenda est: primo, quæ inter pignus & hypothecam solet assignari. Quia pignus est rei mobilis transeuntis in creditorem. Hypotheca verò est rei immobilis non transeuntis in creditorem, in tit. de actio.